Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Meier, Adelheid

[Bremen], 1745-08-23

VD18 91018331

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-56

urn:nbn:de:gbv:46:1-181133

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Brevis quidem, ſed ſingularis momenti, attentioriſque conſideratione digniſſima, præconii, ſub ipſa Oeconomiæ melioris Fœderis primordia Dei juſſu faciendi, ſumma erat: *Omnis caro gramen eſt, & omnis gratia* (ſeu ut ait [illegible], *gloria*) *ejus inſtar floris agri* JES. XL. 6. Nulli quidem ambigimus hîc inprimis ſtatum atque conditionem carnalis illius populi tangi, qui externis prærogativis, & [illegible] carnalis, quâ ab omnium gentium communione ſeparabatur, imò propriæ, quam inde ſibi pollicebatur juſtitiæ fiduciâ turgens, ſemel effrebat inſolentius, & [illegible] regni Chriſti faſtidioſè aſpernabatur. At nihilominus generalius effatum generaliorem quoque, & in omnes ſine diſcrimine homines, qui naturâ poſt lapſum, [illegible] caro ſunt, quadrantem veritatem involvit atque ſupponit, præeunte nobis ipſo Apoſtolo Jacobo cap. I. com. 10. Et ſanè nihil frequentius ſacris æquè ac profanis [illegible] eſt, quàm illos gramini agri, omnéſque eorum externas prærogativas, floribus huic interſperſis, comparare. Neque id immeritò: cùm ſive eorum ortum, [illegible] in infantiâ teneritatem, ſive continuum tractu temporis incrementum, ſive multifarios caſus quibus expoſiti ſunt, ſive diverſum ingenium, ſtatum, atque conditionem, ſive apparens decus, gloriam & quicquid tantopere in hac vitâ æſtimari ſolet hujuſque diverſa genera, ſpectes, nullum facilè aptius emblema detur, ad eosdem velut vividiſſimis coloribus depingendos. Inprimis verò illud caducæ hujus vitæ fragilitatem, & terrenæ felicitatis etiam ſplendidiſſimæ maximéque blandientis inconſtantiam atque vanitatem, nobis graphicè ob oculos ponit. Uti enim gramen & in eo luxuriantes flores, quibus tantopere prata rident, ad breve tempus vigent, & ſi vel nulla externa vis accedat, ipſa tamen ſuo carpuntur ſpatio, mòxque exhauſto ſucco ultrò areſcunt atque defluunt, aut ſæpiſſimè etiam citiùs à cauſis externis in ipſo vigore ſubitò abſumuntur, ſive vehementior, vel, qui in oriente maximè nocivus eſſe ſolet, calidior ventus flores dejiciat aut adurat, ſive meſſoria falx eosdem unâ cum gramine momento reſecet, ita perbrevis terrena hominum vita & apparentium bonorum ejus eſt fruitio, dum vel exhauſtis viribus ingraveſcente tandem ſenio ſponte conficitur, vel in medio vigore urentibus aliisve impetuoſioribus morbis idque ſæpe celeriter admodum abrumpitur. Vere idcircò nec ineleganter ſive Auſcitanus ſive Tarraconenſium Epiſcopus ORIENTIUS in *Commonitorio* canit: *Fœnum omnem credite carnem: Quippe ut flos fœni gloria carnis erit. Nam velati flores ictus metit, atterit æſtus, [illegible] imbres, fortior aura rapit: Sic vultum quandoque places, conſumere tempus, & tumor & livor deſpoliare poteſt. Atque ipſam ut taceam, quæ conterit omnia, mortem: Quanta licent morbis, [illegible], ulceribus?* Quòd ſi hoc ipſo priſtinus ille elegantiſſimúſque graminis viror, florúmque verſicolor gratia ſubitò evaneſcit, non aliter cum vitâ omnibúſque tam naturæ quàm fortunæ dotibus, quæ ad tempus tantum decus conciliare videntur, eſt comparatum: illâ enim ſemel extinctâ hæ quoque ſimul omnes intercidunt, nec terrena gloria in morte poſſeſſorem ſuum ſequitur. PSALM. XLIX. 18. nec magis locus ejus quàm demeſſi fœni amplius cognoſcitur PSALM. CIII. 15. 16. Hæc quotquot ritè ad animum revocant, næ hi non magis illis quàm periturо graminis florulo [illegible] fident, multò minùs iisdem, quod longè ineptius foret, unquam ſuperbient. Appoſitè hanc in rem exclamat HIPPONENSIUM PRÆSUL in Pſalmum CIII. *Attendat quid ſit homo, [illegible]: homo, tanquam fœnum dies illius. Quid ſuperbit fœnum ad tempus, modo florens, poſt paululum exareſcens? Quid ſuperbit fœnum, ad tempus vigens, & hoc ad parvum tempus, donec [illegible] . . . Totus ſplendor generis humani, honores, poteſtates, divitiæ, typhi, minæ, tumores, flos fœni eſt.* Concinit illi AUREI ELOQUII PATER, de terrenæ gloriæ contemptum commendans HOMIL. XXVIII. in GENES. IX. Τί γὰρ τῆς δόξης ἀτιμότερον τοῦ παρόντος βίου [illegible], ὅταν τῷ ἄνθει τοῦ χόρτου παραβάλληται; πᾶσα γὰρ δόξα ἀνθρώπου, φησὶν, ὡς ἄνθος χόρτου. *Quid enim omni gloria præſentis vitæ vilius eſt, cùm flori graminis comparetur? Omnis enim gloria hominis, ait, eſt ut flos graminis.* Neque tamen ſolùm emblema hoc caducæ vitæ pereuntiſque gloriæ ejus nos admonet, ſed & ſimul exſpectandæ poſt eandem novæ occaſionem ſuppeditare poteſt. Certè uti ſemina ad id emortua, ut aliquando reviviſcant, tanquam inſignem futuræ reſurrectionis picturam [illegible] Doctor PAULUS proponit, ita non minùs in detonſo cum floribus gramine, quò aliquando lætiùs revireſcat, ejusdem cernere eſt non inelegantem imaginem. Urget id diſertiſſimus TERTULLIANUS in libr. de *Reſurrect. Carnis* cap. XII. *Quippe etiàm terra de cœlo diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, herbas rurſus imponere, exhibere eadem quæ abſumpta ſunt ſemina: nec prius exhibere quàm abſumpta. Mira ratio: de fraudatrice ſervatrix: ut reddat intercipit: ut cuſtodiat perdit: ut integret vitiat: ut etiam ampliet prius decoquit.* Et [illegible] elegantiſſimus MINUCIUS FELIX in *Octavio*, p. 39. edit. Ouzel. *Vide adeò quàm in ſolatium noſtri reſurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit & naſcitur; aſtra labuntur & redeunt; flores occidunt & reviviſcunt; poſt ſenium arboſta frondeſcunt; ſemina non niſi corrupta reviviſcunt.* Qui eo rem intuentur oculo, ſi ſapiunt, ita præſenti vitâ ejúſque bonis utentur, ut ſe ad futuram illam perpetuò exſerant, inque eâ melioris aliquando conſtantiorisque felicitatis participes evadere allaborent. Subnatas nobis non intempeſtivè has eſſe cogitationes, ultrò perſpiciet, qui perpendet his diebus quibus ſueſtecium inſtinatum, & vixdum abſolutum eſt, plus ſemel honoratiora funera nobis publicè indicenda fuiſſe, quorum poſtremum quod cùm maximè [illegible] nobis imponit officium, eſt *Nobiliſſimæ, nec paucis prærogativis conſpicuæ Matronæ* ADELHEIDÆ MEIERÆ, natæ ASCHENIÆ. Edita illa eſt A. cIↄIↄCLXXXVI. a. d. XVII. Auguſti [illegible] Patre *Viro Magnifico Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo* HENRICO AB ASCHEN, JCto & *Conſule meritiſſimo, Eccleſiarum in agro Bremenſi Viſitatore, quin & antequam ad Conſulatus [illegible] eveheretur, Ædile ad D. Martini: Matre, Nobiliſſ. Matrona* ADELHEIDA ISABELLA A BOBART, cujus ſtemma nobiliſſima aliquot retrò ſeculis inter nos majorum mox rangenda [illegible] ornant. *Paternus illi obtigit Avus, Vir Ampliſſimus atque Prudentiſſimus* HENRICUS AB ASCHEN, *Negotiator Magnarius*, & *Reip. hujus Senator*. *Avia, Nobiliſſ.* WOMMELIA HUNEKENIA, T. T. GODOFREDI HUNEKEN, Spectabilis Collegii Seniorum membri, & T. T. METTÆ A BOBART, filia, quorum ille Patre T. T. JOHANNE HUNEKEN, Senatore, Matre T. T. ILSABEA SCHNEDERMANNIA, filiâ T. T. GERHARDI SCHNEDERMANNI, itidem *Senatoris*, hæc Patre T. T. JACOBO A BOBART, Procerum non minùs ordini adſcripto, *Matre*, T. T. WOMMELIA ESICHIA, T. T. ELARDI ESICHII *Conſulis*, & T. T. METTÆ A BORKUM, *filiâ*, nata erat. *Proavum* hujus gentis numerabat T. T. GERHARDUM AB ASCHEN, *filium* T. T. JOHANNIS & *nepotem* T. T. LIBERTI AB ASCHEN, qui omnes ex celebrioribus hujus urbis mercatoribus fuerunt. *Maternum genus* clarum reddidit *Avus* T. T. ARNOLDUS A BOBART, U. J. D. & *judicii aulici Friſiæ Orientalis Aſſeſſor*. *Avia* T. T. ADELHEIDA A RHEDEN, *Filia* T. T. EBERHARDI A RHEDEN, U. J. D. Illuſtriſſimóque Principi Friſiæ Orientalis *à Conſiliis*, & T. T. ADELHEIDÆ TRUPEN, ex quibus *ille Patre* prognatus erat T. T. JOHANNE A RHEDEN, Matre T. T. METTA SPECKHANIA, filiâ T. T. MEINHARDI SPECKHANEN & T. T. ANNÆ SCHULTEN, *Avo* T. T. LUDERO A RHEDEN, *Senatore*, & T. T. GESA WICKBOLDIA. *Hæc autem filia erat* T. T. JOHANNIS TRUPENII, *Senatoris*, & T. T. ISABELLÆ ZOBELIÆ, *neptis* autem ex illo T. T. HENRICI TRUPE, Conſulis, & T. T. GESÆ LOUWEN, *ex hac* verò T. T. HENRICI ZOBELII, itidem *Conſulis* & T. T. GERTRUDIS WALTERIÆ. *Proavus* ſuit T. T. ARNOLDUS A BOBART, JCtus, primum Reip. hujus Senator, dein Regiminis Friſiæ Orientalis *Cancellarius* (*Filius* T. T. ARNOLDI A BOBART, Magnarii, & T. T. KUNIGUNDÆ ESICHIÆ, T. T. ELARDI ESICHII, *Conſulis*, & T. T. METTÆ A BORKUM, *filiæ*: *Nepos* T. T. ARNOLDI BOBARTII & T. T. MARGARETHÆ KENCKELIÆ) *Proavia*, T. T. ADELHEIDA RHEDENIA, *filia* T. T. HENRICI A RHEDEN, *Senatoris*, (qui *Patrem* ſortitus erat, NICOLAUM A RHEDEN, *Matrem* T. T. ADELHEIDAM KENCKELIAM) & T. T. METTÆ BREDENIÆ, *filiæ* T. T. ELARDI BREDEN & T. T. METTÆ SCHOMAKERÆ. Tam claro ſtemmate nata cum eſſet, nihil æquius erat, quàm ut ſollicitè educaretur, quò progenie hac ſe dignam oſtendere poſſet. Vigeſimum primum cùm ageret annum, nuptias ejus ambire cœpit, *Vir admodum Venerandus, Celeberrimus atque Eruditiſſimus* JACOBUS MEIERUS *dum viveret, SS. Th. Doct. Linguæ Græcæ & Orientalium Prof. P. O. & ad Æd. D. Anſgarii Paſtor Primarius*, quibus A. cIↄIↄCCVII. a. d. XXXI. Maji feliciter conſummatis, cum eodem conſtanter in annum cIↄIↄCCXLI. quo a. d. 5 menſ. Maji illi morte ereptus eſt, vixit, eique quinque liberos tulit. Fuerunt hi 1. HERMANNUS A. cIↄIↄCCVIII. a. d. XXIII. Febr. natus, ſed mox ſequenti menſe Martio d. XXXI. [illegible] denatus. 2. *Lectiſſima Virgo* ADELHEIDA ISABELLA, quæ A. cIↄIↄCCIX. a. d. XXIII. Martii lucem adſpexit, ſed in ipſo ætatis flore A. cIↄIↄCCXXXIV. a. d. X. Febr. magno ſuorum luctu extincta eſt. 3. *Nobiliſſima* [illegible] *dotata Matrona* GESA CATHARINA, quæ A. cIↄIↄCCX. a. d. XXIV. Octobris in lucem edita, A. cIↄIↄCCXXXVIII ſuaviſſimo connubio juncta eſt, Viro *Nobiliſſimo atque Conſultiſſimo*, HENRICO DUSINGIO, U. J. D. & in foro patrio *Advocato celebratiſſimo*, cui conjugio nihil ad felicitatem præter exiguitatem temporis, defuit, dum præmatura mors animos arctiſſimo amoris vinculo junctos, ſequenti jam anno cIↄIↄCCXXXIX. quartâ poſtquam d. XXVIII. Sept. melliſſimam filiolam *Adelheidam*, divinâ gratiâ adhuc ſuperſtitem, enixa eſſet, hebdomade, illum è vivis eripiendo, diviſit. 4. *Nobiliſſimus atque Conſultiſſimus* HENRICUS MEIERUS, U. J. D. & [illegible] *Patronus [illegible]*. 5. *Nobiliſſima Virgo* GERTRUDIS MEIERA, quæ, cum reliquis hac jacturâ tactis, cariſſimæ Matris obitum amarè defl[e]t. Ad vitam ejus quod attinet, domui ſuæ cum [illegible], in omni converſatione ſe alienam ab affectatione & ſimulatione præbuit. Celebratur quoque ab his, quibus propiùs cognita fuit, ſtudium, quo tempus ritè collocare & privatis pietatis exercitiis impendere [illegible] fuerit, cum munificentiâ in egenos, maximè illos, qui, occultis preſſi neceſſitatibus, indigentiam ſuam palam profiteri verebantur. Valetudine quidem maximo vitæ tempore gavìſa eſt ſatis firmâ atque proſperâ, ſed præterito vere prodibat ſe pituitoſus lentor atque invaleſcens pedetentim phlegma, unde mox pedes intumeſcere cœperunt, quæ incommoda tandem Cachexia ſecuta eſt: hæc autem cùm ante VIII. circiter [illegible] in hiliaſim, ut vocant, degeneraret, appetitúſque planè proſterneretur, quin & inquietæ inſomnio[que] noctes eam infeſtarent, tum ſubitò vires omnes abſumptæ ſunt, ut adhibitâ fruſtra ope medicâ, tandem [illegible] Lunæ, qui erat in faſtis XXXI. ejusdem menſis, quo ante LIX. annos & VI. dies in hoc mundi theatrum introducta erat, inter 2. & 3. matutinam, Deo vocante, ſtatione ſuâ iterum decederet. Ducetur hodiè pompa [illegible], quò exanime corpus eodem cum dilecto Conjuge in *æde D. Anſgarii* condatur tumulo. Solemnia hæc [illegible] & vos, *Nobiliſſimi* [illegible] *Cives*, frequentes honoratiori [illegible] haud gravatim cohoneſtaturos [illegible] minus dubitamus, quò magis id muneris quod Celeberrimus Maritus in hac bonæ mentis officinâ per XXXVII. ferè annos ſuſtinuit, ratio atque dignitas à vobis flagitat. V. P. P. Bremæ ſexto Kalendas Septembris A. cIↄIↄCCXLV.

RECTOR & PROFE
ILLUSTRIS SCHOLÆ BR
LECTORI S.

B revis quidem, ſed ſingularis momenti, attentioríque conſiderat
faciendi, ſumma erat: *Omnis caro gramen eſt, & omnis gratia* (ſeu ut ait
conditionem carnalis illius populi tangi, qui externis prærogativis, & le
ſibi pollicebatur juſtitiæ fiduciâ turgens, ſemet efferebat inſolentius, &
quoque, & in omnes ſine diſcrimine homines, qui naturâ poſt lapſum,
cobo cap. I. com. 10. Et ſanè nihil frequentius ſacris æquè ac profanis
interſperſis, comparare. Neque id immeritò; cùm ſive eorum ortum,
caſus quibus expoſiti ſunt, ſive diverſum ingenium, ſtatum, atque cond
verſa genera, ſpectes, nullum facilè aptius emblema detur, ad eosdem velut vividiſſimis colori
ſplendidiſſimæ maximéque blandientis inconſtantiam atque vanitatem, nobis graphicè ob oculos
pus vigent, & ſi vel nulla externa vis accedat, ipſa tamen ſuo carpuntur ſpatio, móxque exhauſ
bitò abſumuntur, ſive vehementior, vel, qui in oriente maximè nocivus eſſe ſolet, calidior ven
brevis terrena hominum vita & apparentium bonorum ejus eſt fruitio, dum vel exhauſtis viri
ribus morbis ídque ſæpe celeriter admodum abrumpitur. Verè idcircò nec ineleganter ſive A
dite carnem: Quippe ut flos fœni gloria carnis erit Nam veluti flores ictus metit, atterit æſtus,
livor deſpoliare poteſt. Atque ipſam ut taceam, quæ conterit omnia, mortem: Quanta licent mor
verſicolor gratia ſubitò evaneſcit, non aliter cum vitâ omnibúsque tam naturæ quàm fortunæ d
hæ quoque ſimul omnes intercidunt, nec terrena gloria in morte poſſeſſorem ſuum ſequitur. P
Hæc quotquot ritè ad animum revocant, næ hi non magis illis quàm perituro graminis flori
hanc in rem exclamat HIPPONENSIUM PRÆSUL in Pſalmum CIII. *Attendat quid ſit homo,*
paulalum exareſcens? Quid ſuperbit fœnum, ad tempus vigens, & hoc ad parvum tempus, donec
flos fœni eſt. Concinit illi AUREI ELOQUII PATER, ſic terrenæ gloriæ contemptum commendans:
τοῦ χόρτου παραβάλληται; πᾶσα γὰρ δόξα ἀνθρώπου, φησίν, ὡς ἄνθος χόρτου. *Quid enim omni gloria*
graminis. Neque tamen ſolùm emblema hoc caducæ vitæ pereuntisque gloriæ ejus nos admone
ad id emortua, ut aliquando reviviſcant, tanquam inſignem futuræ reſurrectionis picturam
quando lætiùs revireſcat, ejusdem cernere eſt non inelegantem imaginem. Urget id diſertiſſim
eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, herbas rurſus imponere, exhibere eadem quæ
ut reddat intercipit: ut cuſtodiat perdit: ut integret vitiat: ut etiam ampliet prius decoquit. Et
tium noſtri reſurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit & naſcitur; aſtra lab
corrupta revireſcunt. Qui eo rem intuentur oculo, ſi ſapiunt, ita præſenti vitâ ejúsque bonis ut
tatis participes evadere allaborent. Subnatas nobis non intempeſtivè has eſſe cogitationes,
ſemel honoratiora funera nobis publicè indicenda fuiſſe, quorum poſtremum quod cùm maxime
HEIDÆ MEIERÆ, natæ ASCHENIÆ. Edita illa eſt A cIↄIↄcLXXXVI. a. d. XVII. Auguſti
& *Conſule meritiſſimo, Eccleſiarum in agro Bremenſi Viſitatore, quin & antequam ad Conſulatus*
A BOBART, cujus ſtemma nobiliſſima aliquot retrò ſeculis inter nos majorum mox tangenda
ASCHEN, *Negotiator Magnarius*, & *Reip. hujus Senator. Avia, Nobiliſſ.* WOMMELIA HU
METTÆ A BOBART, filia, quorum ille Patre T. T. JOHANNE HUNEKEN, Senatore,
itidem *Senatoris*, hæc Patre T. T. JACOBO A BOBART, Procerum non minùs ordini adſcrip
TÆ A BORKUM, *filiâ*, nata erat. *Proavum* hujus gentis numerabat T. T. GERHARDUM
celebrioribus hujus urbis mercatoribus fuerunt. *Maternum genus* clarum reddidit *Avus* T. T.
HEIDA A RHEDEN, *Filia* T. T. EBERHARDI A RHEDEN, U. J. D. Illuſtriſſimóque Princ
erat T. T. JOHANNE A RHEDEN, Matre T. T. METTA SPECKHANIA, filiâ T. T.
Senatore, & T. T. GESA WICKBOLDIA. *Hæc* autem *filia* erat T. T. JOHANNIS TRUP
Conſulis, & T. T. GESÆ LOUWEN, ex *hac* verò T. T. HENRICI ZOBELII, itidem Conſ
primum Reip. hujus Senator, dein Regiminis Friſiæ Orientalis *Cancellarius* (*Filius* T. T. AR
Conſulis, & T. T. METTÆ A BORKUM, *filiæ: Nepos* T. T. ARNOLDI BOBARTII & T. T.
HENRICI A RHEDEN, Senatoris, (qui *Patrem* ſortitus erat, NICOLAUM A RHEDEN,
ELARDI FREDEN & T. T. METTÆ SCHOMAKERÆ. Tam claro ſtemmate nata cum
Vigeſimum primum cùm ageret annum, nuptias ejus ambire cœpit, *Vir admodum Venerandus, Celeberrimæ*
Æd. D. Anſgarii Paſtor Primarius, quibus A. cIↄIↄccVII. a. d. XXXI. Maji feliciter conſummatis, cum eodem
Fuerunt hi 1. HERMANNUS A. cIↄIↄccVIII. a. d. XXIII. Febr. natus, ſed mox ſequenti menſe Martio d. XXI.
ſed in ipſo ætatis flore A. cIↄIↄccXXXIV. a. d. X. Febr magno ſuorum luctu exſtincta eſt. 3. *Nobiliſſima*
A. cIↄIↄccXXXVIII ſuaviſſimo connubio juncta eſt, Viro *Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo*, HENRICO DUSIN
poris, defuit, dum præmatura mors animos arctiſſimo amoris vinculo junctos, ſequenti jam anno cIↄIↄccX
eſſet, hebdomade, illam è vivis eripiendo, divulſit. 4. *Nobiliſſimus* atque *Conſultiſſimus* HENRICUS MEIERU
hac jacturâ tactis, cariſſimæ Matris obitum amarè deflet. Ad vitam ejus quod attinet, domui ſuæ cum
ab his, quibus propiùs cognita fuit, ſtudium, quo tempus ritè collocare & privatis pietatis exercitiis impe
ſuam palam profiteri verebantur. Valetudine quidem maximo vitæ tempore gaviſa eſt ſatis firmâ atque p
intumeſcere cœperunt, quæ incommoda tandem Cachexia ſecuta eſt: hæc autem cùm ante VIII. circiter h
que noctes eam infeſtarent, tam ſubitò vires omnes abſumptæ ſunt, ut adhibitâ fruſtra ope medicâ, tandem
troducta erat, inter X. & XI. matutinam, Deo vocante, ſtatione ſuâ iterum decederet. Ducetur hodiè p
hæc quin & vos, *Nobiliſſimi Illuſtris Lycei Cives*, frequentes funus ſequendo haud gravatim cohoneſtat
per XXXVII. ferè annos ſuſtinuit, ratio atque dignitas à vobis flagitat. V. P. P. Bremæ ſexto Kalendas

OFESSORES P.
LÆ. BREMENSIS
ORI S.

e digniſſima, præconii, ſub ipſa Oeconomiæ melioris Fœderis primordia Dei juſſu
trus, *gloria) ejus inſtar floris agri* Jes. XL. 6. Nulli quidem ambigimus hîc inprimis ſtatum atque
ræcepti carnalis, quâ ab omnium gentium communione ſeparabatur, imò propriæ, quam inde
ngelium regni Chriſti faſtidiosè aſpernabatur. At nihilominus generalius effatum generaliorem
iſi caro ſunt, quadrantem veritatem involvit atque ſupponit, præeunte nobis ipſo Apoſtolo Ja-
ptoribus eſt, quàm illos gramini agri, omnéſque eorum externas prærogativas, floribus huic
prin am in infantiâ teneritatem, ſive continuum tractu temporis incrementum, ſive multifarios
m, ſive apparens decus, gloriam & quicquid tantopere in hac vitâ æſtimari ſolet hujúſque di-
depingendos. Inprimis verò illud caducæ hujus vitæ fragilitatem, & terrenæ felicitatis etiam
nit. Uti enim gramen & in eo luxuriantes flores, quibus tantopere prata rident, ad breve tem-
eco ultrò areſcunt atque defluunt, aut ſæpiſſimè etiam citiùs à cauſis externis in ipſo vigore ſu-
flores dejiciat aut adurat, ſive meſſoria falx eoſdem unà cum gramine momento reſecet, ita per-
ngraveſcente tandem ſenio ſponte conficitur, vel in medio vigore urentibus aliíſve impetuoſio-
rum ſive Tarraconenſium Epiſcopus ORIENTIUS in *Commonitorio* canit: *Fœnum omnem cre-*
undunt imbres, fortior aura rapit: Sic vultum quandoque placet, conſumere tempus, & tumor &
febribus, ulceribus? Quòd ſi hoc ipſo priſtinus ille elegantiſſimúſque graminis viror, florúmque
us, quæ ad tempus tantum decus conciliare videntur, eſt comparatum: illâ enim ſemel exſtinctâ
M. XLIX. 18. nec magis locus ejus quàm demeſſi fœni amplius cognoſcitur Psalm. CIII. 15. 16.
e honori fident, multò minùs iiſdem, quod longè ineptius foret, unquam ſuperbient. Appoſitè
ſuperbiat: homo, tanquam fœnum dies illius. Quid ſuperbit fœnum ad tempus, modo florens, poſt
andeſcat . . . Totus ſplendor generis humani, honores, poteſtates, divitiæ, typhi, minæ, tumores,
OMIL. XXVIII. in Genes. IX. τί γὰρ τῆς δόξης ἁπάσης τοῦ παρόντος βίου εὐτελέστερον, ὅταν τῷ ἄνθει
eſentis vitæ vilius eſt, cùm flori graminis comparetur? Omnis enim gloria hominis, ait, eſt ut flos
ſed & ſimul exſpectandæ poſt eandem novæ occaſionem ſuppeditare poteſt. Certè uti ſemina
Gentium Doctor PAULUS proponit, ita non minùs in detonſo cum floribus gramine, quò ali-
TERTULLIANUS in libr. de *Reſurrect. Carnis* cap. XII. *Quippe etiam terræ de cœlo diſciplina*
umpta ſint ſemina: nec prius exhibere quàm abſumpta. Mira ratio: de fraudatrice ſervatrix:
um elegantiſſimus MINUCIUS FELIX in *Octavio*, p. 39. edit. Ouzel. *Vide adeò quàm in ſola-*
ur & redeunt; flores occidunt & reviviſcunt; poſt ſenium arbuſta frondeſcunt; ſemina non niſi
ur, ut ſe ad futuram illam perpetuò exſerant, inque eâ melioris aliquando conſtantioriſque felici-
erſpiciet, qui perpendet his diebus quibus fœniſecium inſtitutum, & vixdum abſolutum eſt, plus
dem nobis imponit officium, eſt *Nobiliſſimæ, nec paucis prærogativis conſpicuæ Matronæ* ADEL-
Bremæ Patre *Viro Magnifico Nobiliſſimo* atque *Conſultiſſimo* HENRICO ab ASCHEN, JCto
igium eveheretur, Ædile ad D. Martini: Matre, Nobiliſſ. Matrona ADELHEIDA ISABELLA
omina ornant. *Paternus* illi obtigit *Avus, Vir Ampliſſimus* atque *Prudentiſſimus* HENRICUS ab
EKENIA, T.T. GODOFREDI HUNEKEN, Spectabilis Collegii Seniorum membri, & T.T.
re T.T. ILSABEA SCHNEDERMANNIA, filiâ T.T. GERHARDI SCHNEDERMANNI,
Matre, T.T. WOMMELIA ESICHIA, T.T. ELARDI ESICHII Conſulis, & TT. MET-
ASCHEN, *filium* T.T. JOHANNIS & *nepotem* T.T. LIBERTI ab ASCHEN, qui omnes ex
NOLDUS a BOBART, U. J. D & *judicii aulici Friſiæ Orientalis Aſſeſſor*. *Avia* T.T. ADEL-
Friſiæ Orientalis *à Conſiliis*, & T.T. ADELHEIDÆ TRUPEN, ex quibus *ille Patre* prognatus
ARI SPECKHANEN & T.T. ANNÆ SCHULTEN, *Avo* T.T. LUDERO a RHEDEN,
II, *Senatoris*, & T.T. ISABELLÆ ZOBELIÆ, *neptis* autem ex illo T.T. HENRICI TRUPE,
& T.T. GERTRUDIS WALTERIÆ *Proavus* fuit TT. ARNOLDUS a BOBART, JCtus,
LDI a BOBART, Magnarii, & T. T. KUNIGUNDÆ ESICHIÆ, T.T. ELARDI ESICHII,
MARGARETHÆ KENCKELIÆ.) *Proavia*, T.T. ADELHEIDA RHEDENIA, *filia* T.T.
atrem T.T. ADELHEIDAM KENCKELIAM) & T.T. METTÆ BREDENIÆ, *filiæ* T.T.
et, nihil æquius erat, quàm ut ſollicitè educaretur, quò progenie hac ſe dignam oſtendere poſſet.
e *Eruditiſſimus* JACOBUS MEIERUS dum viveret, *SS. Th. Doct. Linguæ Græcæ & Orientalium Prof. P. O.* & ad
orditer in annum cIↃIↃccXLI. quo a. d. 3 menſ. Maji illi morte ereptus eſt, vixit, eíque quinque liberos tulit.
rum denatus 2. *Lectiſſima Virgo* ADELHEIDA ISABELLA, quæ A. cIↃIↃccIX. a. d. xxiii. Martii lucem adſpexit,
que virtutibus decorata Matrona GESA CATHARINA, quæ A. cIↃIↃccX. a. d. xxiv. Octobris in lucem edita,
O, U. J. D. & in foro patrio *Advocato celebratiſſimo*, cui conjugio nihil ad felicitatem præter exiguitatem tem-
XIX. quartâ, poſtquam d. xxviii. Sept. mellitiſſimam filiolam *Adelheidam*, divinâ gratiâ adhuc ſuperſtitem, enixa
I J. D. & *cauſarum itidem Patronus famigeratiſſimus*. 5. *Nobiliſſima Virgo* GERTRUDIS MEIERA, quæ, cum reliquis
præfuit, in omni converſatione ſe alienam ab aſſentatione & ſimulatione præbuit. Celebratur quoque
e annisa fuerit, cum munificentiâ in egenos, maximè illos, qui, occultis preſſi neceſſitatibus, indigentiam
erâ, ſed præterito vere prodebat ſe pituitoſus lentor atque invaleſcens pedetentim phlegma, unde mox pedes
madas in bilioſam, ut vocant, degeneraret, appetitúſque planè proſterneretur, quin & inquietæ inſomnés-
e Lunæ, qui erat in faſtis xxiii. ejuſdem menſis, quo ante LIX. annos & VI. dies in hoc mundi theatrum in-
funebris, quò exanime corpus eodem cum dilecto Conjuge in *æde D. Anſgarii* condatur tumulo. Solemnia
tanto minus dubitamus, quò magis id muneris quod Celeberrimus Maritus in hac bonæ mentis officinâ
emb. es A. cIↃIↃccXLV.